



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1715. usque ad annum 1718

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1782**

**VD18 13322648**

§. 67. Temesvaria a Cæsareis recuperata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67649](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67649)

Sæc. XVIII.  
A. C. 1716.

§. LXVII.

*Temesvaria a Cæsareis recuperata.*

Hanc victoriam & Turcarum consternationem in rem suam vertere intentus Princeps Eugenius, die decima Augusti cum valido peditum equitumque agmine Alexandrum Ducem Wirtembergicum & Palsium Comitem Temesvariam præmisit, dato negotio ut hanc urbem, utpote Walachiæ & Moldaviæ clavem, atque ad mare usque nigrum tutissimum accessum, obsidione cingerent: ipse vero cum toto exercitu die vigesima quinta Augusti eo advenerat. Acerrimæ oppugnationis præludium erat pertinax certamen, quo Palsius Turcicos Equites, qui Tibisci trajectum præpedituri magno numero advolaverant, cæsos fugatosque repulit. & Turcici Gubernatoris voluptuariam domum; necnon Turcicum sanum evertit. Die autem prima Septembris Eugenius noctu apertis vallis castrensibus urbem fortiter impugnari, atque in contiguum aggerem humo repletum, & præacutis sudibus munitum tanto impetu formenta exonerari jussit, ut totus ferme destructus, igneque consumptus esset: Bassa vero, cujus animus ferox nullam Cæsarei militis

Kettel.  
Decad. VI.  
pag. 782.  
Turf. cont.  
pag. 412.

Bb 2

iii



Sæc. XVIII. infestandi occasionem præterlabi patie-  
 batur, tam vehementi impetu die nona  
A. C. 1716. Septembris erupit, ut laborantium o-  
 peras penitus evertisset, nisi a Cæsaribus  
 reis tempestive accurrentibus non sine  
 clade in urbem repulsus fuisset. Die  
 vigesima secunda ejusdem Mensis nuntiatum  
 Eugenio, quod totus Turcarum  
 exercitus laboranti, Urbi suppetias  
 veniret, & Vezirius duodecim recentis  
 militiæ Tartarorum millia Urbi im-  
 mittere tentaret: Verum Eugenius non  
 minore solertia cum lectissimo suo ex-  
 quitatu occurrens primos hostium im-  
 petus pro more gentis vehementissimos  
 generose exceptit, eosque non sine  
 multorum cæde repulit: inde vero Tur-  
 cæ efferatior effecti, tertio impres-  
 sionem faciunt, sed toties propulsati, tam  
 densa pilarum tormentaria grandine  
 excepti; ut cæsis quatuor ferme Jamis-  
 farorum millibus cæteri ægre fuga se-  
 lutem quærere possent. Depulso hoste  
 Eugenius sæpe oppugnationem tenta-  
 bat, ubi vero post horrendam globorum  
 & flammæ tempestatem militum  
 devorandam parum profici viderat,  
 receptui cani jussit. Jam die trigesima  
 Septembris decreta erat nova impres-  
 sio, ergo die prima Octobris magno im-  
 petu in Palanckam irruunt, & post  
 atrox certamen supra aggerem evadere  
 certa



certatim enituntur, ubi licet non pauci in ipso conatu aut deficerent, aut pro-  
 laberentur vel exanimati, vel faucii, non tamen animis deficiebant alii, nec  
 aggrediendi ardor refrigescerat, donec  
 cruento utrinque incurfu loricam supe-  
 rarent, & Turcis inde eiectionis atque in  
 urbem repulsis suburbium occuparent.  
 Tum Eugenius Urbem ipsam quinquaginta  
 duobus majoris formæ tormentis, & triginta  
 tribus mortariis per integros undecim dies  
 continua tamque noxia explosione verberari  
 iussit, ut die decima tertia Octobris Bassa  
 Urbis Gubernator candido vexillo ad mænia  
 mane affixo, deditiois signum daret, quo  
 conspecto mox Eugenius ab Alexandro Principe  
 Wirtenbergico admonitus, Gubernatori  
 indulgit, ut missis in urbem obsidibus, ipse  
 quosdam Tribunos ad Cæsaris castra mitteret,  
 quibuscum de sequentibus conventionum  
 articulis. I. Omnes incolæ & milites (exceptis  
 transfugis Christianis) libere cum suis bonis  
 Urbe, cum solitis militiæ honoribus excederent,  
 relictis tamen quibusdam obsidibus, ut  
 militum Turcas comitantium securitati  
 consultum esset. II. Relinquantur omnia  
 tormenta, arma, omnisque bellicus apparatus.  
 III. Mancipia & Christiani ultro Mahometis  
 superstitionem

Sæc. XVIII.  
 A. C. 1716.



Sæc. XVIII. amplexi libere dimittantur, Græci  
 A. C. 1716. vero Armenis &c. ibidem remanenti  
 libertas concedatur. IV. Illis, qui  
 urbe excedunt, sua bona vendere in-  
 tegrum sit. V. Hæc pacta nullo modo  
 obtentu violentur. His conditionibus  
 Temesvaria unacum sexcentis quinque  
 ginta oppidis post Turcicam centum &  
 sexaginta quatuor annorum servitutem  
 ad suave Christi jugum, & Cæsaris im-  
 perium reversa est. Excesserant ex hac  
 urbe præter laucios atque infirmos, Tur-  
 carum duodecim millia, proin ex octo-  
 decim millibus, quibus prælidium con-  
 stabat, tria millia fuere trucidata. Ste-  
 tit autem hæc oppugnatio Cæsareis im-  
 pendio quatuor millium, quæ tantæ  
 jactura abunde compensata est tam op-  
 portunitate loci, quam spoliis copia &  
 continuato victoriæ successu; præter  
 immensum enim belli apparatus &  
 commeatum ac decem mortaria fuerunt  
 relicta centum triginta sex tormenta  
 ex quibus centum ferme viginti Cæsar-  
 rea insignia præseferabant: plura in-  
 ter oppida Christiani interceptere, &  
 quidem Comes Mercius Panfovam, &  
 Vipalanckam, Steinvillius Comes in  
 Moldavia Kasan, Bagdan & novem al-  
 lias urbes: Petra chius vero Minlora  
 Doboum arcem validam præter alia  
 oppida, ac denique Stephanus Dett-  
 nis



nus Rascianorum Capitaneus Bucke-<sup>Sæc. XVIII.</sup>  
 restum, populosam Walachix Resident-<sup>A. C. 1716.</sup>  
 tiam & ipsum quoque Principem Nico-  
 laum Mauro - Cordatum unacum uxore  
 sua, totaque familia captivum Herma-  
 nopolin abduxit. Ne vero Imperator  
 Religionis oblitus videretur, Claudio-  
 poli in Transylvania Socinianæ hæresis  
 asseclis Ecclesiam claudi, & Catholicis  
 restitui iussit, ac ipsemet cum Augusta  
 Conjuge sua ad Cellam Majorem peregrin-  
 natum ivit, ibique Ciborium pretiosis  
 gemmis ornatum cum duabus coronis  
 aureis B. Virgini obtulit. Hac demum  
 victoria crudele Achmetis Sultani vo-  
 tum evanuit, quo obtenta contra Chri-  
 stianos victoria, omnia Christiana in  
 Turcico imperio mancipia uno die vi-  
 ctimas devoraverat, simulque eorum  
 dissipatus est timor, qui in malum omen  
 vertebant sanguineas lacrimas, quæ in  
 Imaginibus B. V. M. in Franciscanorum  
 Templo Schut, & in Ecclesia Morna-  
 censi prope Hulst, & Viennæ in Tem-  
 plo S. Stephani eodem anno mirabili-  
 ter visæ dicebantur.

§. LXVIII.

*Cæsaris indignatio contra Genuensium  
 Rempublicam.*

B b 4

Jam